laetus saltare inter eos. quo saltante more
solito nuptiarum. & omnibus deficientibus ille
incessanter tamdiu saltauit per duos dies & du
as noctes. quamdiu corruens expirauit. Uiden
tes autem quae euenerant. omnes crediderunt.
Frater autem aureliani nomine luxurius petiit
ab imperatore traiano. ut has omnes ad sacrifi
candum impelleret. qui si non consentirent.
poenis eos quibus uellet interimeret. Unde
factum est ut sulpicium & seruilianum prae
fecto urbi anniano traderet. quos praefectus
confessos quod nuper facti essent xpiani. nolen
tes penitus ultra idolis immolare. decollare
praecepit. Quorum corpora xpiani posuerunt
in praedio eorum uia latina miliario secundo. In
quo loco exuberat uirtus martyrii eorum usq.
in praesentem diem. Post haec luxurius habito
ad uirgines xpi ad terracinensium ciuitatem. &
nolentes penitus idolis immolare. ablatis omnib.
quae habebant in eodem cubiculo in quo simul mo
rabantur. clausit & ignem subposuit. Altera
namq. die ueniens scs diaconus nomine cesarius
inuenit corpora uirginum inmaculata. in facies
earum suas prostratae orantes dnm. recesserunt.
quarum corpora scs cesarius in sarcofago nouo
simul condiens in profundo terrae fodiens sepeliuit.

FINIUNT PASSIONES UIRGINUM
DOMITILLE THEODORE ET EUF.

INCIPIT RELATIO PAS
TORIS PRBI TIT SCE POTEN
TIANE AD TIMOTHEUM PRBM
MEN MAI DIE XVIII

XIIII. OMNIA QUE A SCIS GESTA SUNT
uel geruntur. si quis uoluerit studiose
perquirere. & sibi & plurimis edificationis ex
hibet fructum. & quasi arbor fructifera non
sine causa probatur terram occupare dum uiuit.
sicum & ipse suis pomis ornatur. & omnis qui
ex eo fructum perceperit saginatur. Scribimus
ut in gestis inuenimus. quid egerint. quid locuti
sunt. quid passi sunt sci. ostendite uos esse catholi
cos. qui xpi uictorias semper libenter legitis. liben
ter auditis. & interrogo uos. quas tamen inter
apocrifas litteras. haec uolendo censetis. per quos
pudens frater noster & amicus apostolorum.
nam cultor & susceptor scorum peregrinorum sum
ma ambitione fuit. qui contempto mundi & pa
rentum facultates. xpo semper paratus in omnib.
praeceptis dni eruditur. Iam post transitum pa
rentum suorum. id est patris punici. & matris pris
cille. qui eum iunxerunt uxori. Ergo ut memora
uimus defuncta uxore eius nomine sauinella.
quae reliquerat ei duas filias praxedem & potenti
anam. quas pudens cum omni castitate enutriuit.
& nimio amore xpianitatis. omnem legem diuinam
edocuit. Hic domum suam studio sco ecclesiam sci
ficauit. & per nos peccatores dedicauit. ubi & titu
lum nostro nomini constituit in urbe roma. qui ap
pellatur in uico patricii. Hic pudens doctus a beato
paulo qui te docuit & enutriuit. tante felicitatis stu
dio fuit. ut fidei documenta testantur. De quibus
clarum tibi facio eum migrasse ad dnm. & reliquid
duas filias castitate fultas omni lege diuina erudi
tas. quae sine dolo amore xpi tenerentur integre.
& in uirginitatis flore omnimodo gloriantur. uigi
liis ieiuniis. & orationibus perdurant. Ipsa autem
praxedis & potentiana omnem facultatem diui
dentes inter se. coeperunt uendere omne patrimo
nium. & erogare pauperibus. In eodem uero loco.
ubi titulum meo nomini pater earum bonae recor
dationis pudens dedicauit. & hoc consilium inter
me & famulas xpi praxedem & potentianam filias
sacratas conuenit. ut in die sco pasche quia desi de
rio earum & nimio ardore fidei urguebantur.
propter familiam communem quae gentilis
erat. In eodem titulo fontem baptismi construe
re studuissemus. De quo consilio item consuluimus
scm pium sedis apostolice prime epm. cui tanto

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0194